



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 5. Imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10467**

mo, ea retinet uti propria.  
 Suar. Sicut eadem non euadit,  
 qui malo animo ea auferit: li-  
 cèt postea ea restituat.

Non incurrit surriprens res  
 hostium, cum quibus bellum  
 gerit. Vgol Nec surriprens res  
 Christianorum, qua portan-  
 tur ad hostes nominis Chri-  
 stiani contra prohibitionem  
 Ecclesie. Neque consulentes,  
 mandantes, fautores, recepta-  
 tores, aut defensores. Nec sur-  
 riprens bona derelicta, qua  
 Dominus non fuisset amplius  
 repetiturus. Ea tamen resti-  
 tuere tenetur domino suo.

§. 5.

Imponentes noua pedagia, &  
 gabellas, vel eas augentes

Item excommunicamus, &  
 anathematizamus omnes qui  
 in terris suis noua Pedagja  
 seu Gabellas, præterquam in

R 3 cali-

casibus sibi à iure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia, permisis imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

*Incurritur hæc censura etiam si in territorijs suis, & ipsorum quacumque parte imponantur talia pedagia. Vgol. Et incurritur statim ac fuerit imposta, etiam nondum exacta.*

*Non incurritur, si imponens non recognoscit Superiorem in temporalibus. Etiam si in iustas gabellas imponat. Vgol.*

*Exigentem. Hoc verbum importat etiam petentem ea tanquam debita ab eo, qui nollet ea solvere, si posset. Si quis acciperet huiusmodi gabellas, seu pedagia à spontè soluentibus, non esset excommunicatus, quia non exigit. Nam. cap. 27. num. 61. In his verò, qui*  
*sine*

*sine auctoritate imponunt gabellas, sunt excommunicati exigentes, & accipientes à spontè solventibus. Tol. Non prohibentur autem hic onera & tributa, quatenus essent stipendium iustum pro aliquo negotio: utpote, si indigeret Clericus, vel duce via, vel nauicula ad transeundum in flumine, tunc iustè exigere- tur merces, & stipendium ducatus via, vel nauta. Caict. hic. cap. 39.*

*S. 6.*  
***Falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes à quocunque auctoritatem habente signatas falsò fabricatas.***

***Item excommunicamus, & anathematizamus, omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis,***

***R 4 ac***